



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE CHRISTO CAPITE|| TOTIVS ECCLESIAE,|| QVINQVE LIBRIS|| explicata.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, [1599]**

**VD16 B 1607**

XIV. [Diluitur argumentum Octavvm.]


[urn:nbn:de:hbz:466:1-53845](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53845)



Ad TERTIAM dico, Filium intelligere, & tamen non producere notitiam; & Spiritum sanctum amare, & tamen non producere amorem. est enim obseruandum, intelligere, & producere notitiã, vt etiam amare, & producere amorem esse idem re, sed distingui ratione. Nam intelligere & amare dicunt ordinem ad obiectum, id est, ad rem, quæ intelligitur & amatur: at producere notitiam & amorem, dicit ordinem ad rem quæ producitur, hoc est, ad ipsam notitiam, & amorem. sic etiã notitia & verbum sunt idem, sed distinguuntur ratione. Nam notitia dicit ordinem ad obiectum, verbum autem ad dicentem. iam ergo Pater est intelligens cum primo ordine, & ideo est etiam producens: Filius est intelligens, sed cum primo ordine & non cum secundo, quia habet oppositum ordinem. Vnde ipse non est dicens, seu producens verbum.

Pari ratione, Pater est notitia, sed non verbum; Filius est notitia & verbum, quia habet ordinem producti, quem non habet Pater. Hinc S. AVGVSTINVS libro 15. Trinit. cap. 1. *Sciunt, inquit, inuicem Pater & Filius, sed ille gignens, & nascendo.* Similiter Spiritus sanctus intelligit, & est ipsa notitia, sed sine relationibus producentis, aut producti. Vnde neq; est dicens, neq; verbum. Idem dico de amore; nam Pater & Filius amant cum relatione producentis amorem; Spiritus sanctus amat, sed cum relatione amoris producti.

## CAPVT XIV.

»  TAVVM argumentum. In Deo nihil est  
 » essentia, & relatio, sed neutrum generat, neque  
 » neratur, ergo nihil in Deo generat, & nihil  
 » neratur: nõ igitur sunt in Deo plures personæ  
 » Item, verus Filius debet produci similis gignenti, sed  
 » bum non est simile gignenti, sed obiecto, vt notum est  
 » tur non est verbum Dei, verus Filius Dei, proinde nec  
 » dem essentia cum Deo.

» Item, Spiritus sanctus aut producitur similis Deo  
 » in essentia, aut dissimilis: non similis, quia esset Filius,  
 » tunc non esset Verbum vnigenitus Filius: ergo dissimilis  
 » ergo non est verus Deus, ergo non sunt tres personæ  
 » verus Deus.

Respon



Respondeo ad PRIMAM rationem, nec essentiam, nec relationem seorsim sumptam gignere, aut gigni: sed constitutum ex utroque. Itaque constitutum ex essentia & paternitate gignit; & constitutum ex essentia & filiatione gignitur. quemadmodum etiam in creaturis non gignit essentia, nec substantia: sed persona ipsa principium est quod gignit, essentia est principium quo gignit, substantia est conditio, sine qua non gigneret.

Ad PRIMAM confirmationem, quæ erat eiusmodi, Verbum non est simile intelligenti, sed rei intellectæ, ergo non est Filius intelligentis. Respondeo, Deum intelligendo seipsum, producere verbum, & proinde rem intellectam, cui verbum est simile, esse ipsum Deum qui producit verbum.

At, inquit, Verbum non est simile Deo, ut intelligenti sed ut intellecto, at Deus non gignit ut intellectus, sed ut intelligens, ergo Verbum non est simile gignenti, proinde nec est Filius. Præterea Filius vel est similis Patri in essentia, vel in proprietate, non in essentia, quia in essentia est idem, non in proprietate, quia in illa est dissimilis, ergo nullo modo est similis.

RESPONDEO, Patrem debere producere Filium sibi similem in essentia, non similem in relatione producentis, quia non producit Patrem suum, sed Filium suum, & ideo Verbum non debet esse simile Patri, ut Pater est dicens, sed ut Pater habet talem naturam, quæ dicendo exprimitur.

Ad illud autem, quod addebatur, Filius Patri in essentia est idem, ergo non similis. Respondeo, esse eundem & esse similem. nam quatenus uterque habet illam essentiam, sunt idem in essentia, tamen quatenus ipsi sunt duo distincti, & cõveniunt in illa essentia, sunt similes in essentia. Vnde cum Ariani vellent Filium dicere *ὁμοίσιον* Patri, non *ὁμοῦσιον*, Patres responderunt, posse quidem dici *ὁμοίσιον*, sed non debere negari *ὁμοῦσιον*. Vide Hilarium libro de Synodis prope finem.

Ad POSTREMAM rationem, quæ erat de Spiritu sancto, Respondeo, Spiritum sanctum similem produci in essentia Patri, & Filio: nec tamen esse Filium. cuius rei causa non est usque adeo certa: Scriptura siquidem rem docuit,



causam tacuit, non in hac re solum, sed in multis etiam  
 aliis, ut semper nos exerceat, & humiles discipulos habeat. Vt  
 de Athanasium in epist. ad Serapionē; Gregorium Nazian-  
 zenum lib. 5. de Theologia; Basilium lib. 3. in Eunomio;  
 Damascenum lib. 1. cap. 10. Augustinum lib. 15. Trinit. cap.  
 27. lib. 3. contra Maximinum, cap. 14. & Tractatu 99. in li-  
 b. annem, qui docent rem esse altiore, quam ut à nobis per-  
 fectè intelligi possit. Quamuis Augustinus duas rationes  
 cogitauerit, quæ utcumque animo quærētis satisfacere possunt.  
 Ait enim lib. 5. de Trinit. cap. 14. ideo Spiritum sanctum  
 non esse Filium, quia non procedit quomodo natus, sed  
 quomodo datus. Addit verò lib. 15. cap. 26. propter quod  
 non posse vocari Filium, quia procedit ex duobus, quæ  
 duo Patres dici possunt, nec alter pater, alter mater.

Clarius S. THOMAS I. parte q. 27. art. 4. & in quæstionibus  
 de potentia q. 10. art. 2. ad argumentum 22. rem istam expli-  
 cuisse videtur. Ait enim Verbum Dei Filium esse Dei, quia  
 cum procedat per actum intellectus, procedit ut similitudo  
 quædam & imago producentis, idque ex vi ipsius produc-  
 tionis. Nec enim res verè intelligitur, nisi producatur actus  
 seu Verbum, quod sit ipsius rei, quæ intelligitur, similitudo.  
 At Spiritum sanctum idem B. Thomas docet, non esse Fi-  
 lium Dei, quia licet similis sit Patri, & Filio, non procedat  
 similis ex vi productionis, cum per actum amoris procedat  
 amor autem non sit ex natura similitudo rei amate, sed  
 pulsus quidam in rem amatam.

## CAPVT XV.

» **UNUM** argumentum. Vel substantia est  
 » trinisca ratione essentia, vel non est. Si est  
 » essentia est incommunicabilis, vel si commu-  
 » catur, communicabitur etiam substantia  
 » tunc vel habent personæ præter istam substantiam,  
 » accipiunt cum essentia, aliam propriam, vel non. si ha-  
 » ergo quatuor erunt substantiæ, & proinde quatuor per-  
 » næ. si non habent, ergo vna tantum erit substantia, ac per  
 » inde vna tantum persona. si verò substantia non est de-  
 » tione essentia, ergo essentia non est infinita simplicitate  
 » non contineat omnem perfectionem, & præterea creatura